



iusti antiqui. ueracissime confiten-  
 tur. Ipsum concupiuit. et uen-  
 turum de uisceribus matris. Ipsum  
 concupiscit. et uenturum ad dexte-  
 ram patris. Subiungitur autem huic  
 sententiae. Et lectua meditatio  
 mea. quae lex perhibet testimonium  
 christo. Sed in hac fide. cum corde cre-  
 ditur. adiustitiam. ore confessio fit.  
 Et remant gentes. populi meditentur  
 in anima. Occidatur certe caro. dum  
 praedicat te. Viuet anima mea. et  
 laudabit te. et iudicia tua adiuua-  
 bunt me. et iudicia quippe sunt illa.  
 quae tempus erat ut inciperent a  
 domo domini. sed adiuuabunt me in-  
 quit. Et quis non uideat. quantum  
 adiuuerit. etiam sanguis. ecclesiae.  
 quanta ex illa semine. seges toto  
 orbe surrexit. Nouissime pror-  
 sus aperit se. et quae persona per  
 totum psalmum loquebatur. osten-  
 dit. Erraui inquit sicut ouis  
 perdita. quae re seruatum tuum. quia  
 mandata tua non sum oblitus. Non  
 nulli codices non habent quare.  
 sed uiuificame. Una quippe tril-  
 laba inter est. quae inter se graeca

430  
 distant. Tison. et tison. Unde  
 et ipsi codices graeci uariant; sed  
 quod libet horum sit. ouis perdita  
 queratur. Ouis perdita uiuifice-  
 tur. propter quam pastoreius. nona-  
 ginta nouem dimisit in montibus.  
 et eam quaerens. iudaicis laceratus  
 est ueribus. Sed adhuc queritur.  
 adhuc quaeratur. ex parte inuenta.  
 adhuc quaeratur. ex ea namque par-  
 te quae dicit iste. mandata tua non  
 sum oblitus. Inuenta est; sed per  
 eos qui mandata dei eligunt. col-  
 ligunt. diligunt. Adhuc quae-  
 ritur. et per sui pastoris sangui-  
 nem fusum atque dispersum. in om-  
 nibus gentibus inuenitur. Ut  
 potui. quantum ad domino adiuuatus.  
 psalmum istum magni per trac-  
 tauum et exposui. Quod profec-  
 to melius. sapientiores doctores  
 quae fecerunt. siue facturi sunt.  
 Nec ideo tamen ei nostrum deesse de-  
 buit ministerium. Maxime id  
 de me flagitantibus fratribus. qui  
 bus sum debitor huius officii. **Q**uod autem de alfa beto hebreo.  
 ubi octo uersus singulis subia